

***Acta Tribunalium Sanctae Sedis.***  
***Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal.***  
**Decreto definitivo, 16 enero 2016.**  
**Traslado de parroquia\***

---

Prot. N. 50175/15 CA

V.

*Translationis a paroecia*

(Rev.dus X – Congregatio pro Clericis)

Prot. N. 50175/15 CA

V.

*Traslado de parroquia*

(Rvdo. X – Congregación para el Clero)

IN NOMINE DOMINI. AMEN.

EN NOMBRE DEL SEÑOR. AMÉN.

FRANCISCO PP. feliciter regnante, Pontificatus sui anno III, die 16 ianuarii 2016, Supremum Signaturae Apostolicae Tribunal, videntibus Em. mis ac Rev.mis D.nis Dominico Card. Mamberti, *Praefecto*, Ludovico Card. Martínez Sistach et Iosepho Card. Versaldi, atque Exc.mis ac Rev.mis D.nis Philippo Iannone, O.Carm, *Ponente*, et Antonio Stankiewicz, intervenientibus Cl.mo Michaële Meconcelli, utpote Patrono Rev.di Recurrentis, Cl.ma Martha Wegan, tamquam Pa-

Reinando felizmente el Papa FRANCISCO, en el año III de su Pontificado, el día 16 de enero de 2016, el Supremo Tribunal de la Signatura Apostolica, ante los Emmos. y Rvdmos. Sres. Dominique Card. Mamberti, *Praefecto*, Luis Card. Martínez Sistach y Giuseppe Card. Versaldi, y los Excmos. y Rvdmos. Sres. Filippo Iannone, O.Carm., *Ponente*, y Antoni Stankiewicz, interviniendo el Ilmo. Michele Meconcelli, como Patrono del Rvdo. Recurrente, la Ilma. Martha Wegan, como Patrona

---

\* Traducción por Pablo E. Lamata Molina (UESD).

trona Congregationis pro Clericis et Exc.mi Episcopi, atque Rev.mo D.no Iosepho Punderson, Promotore Iustitiae deputato, in causa, de qua supra, hoc definitivum tulit decretum.

#### I. FACTI SPECIES

1. Anno 2000, Exc.mus D.nus Y, Episcopus V, ad normam c.522 Rev.dum X parochum nominavit, ad tempus indeterminatum, paroeciae cathedralis W in civitate V. Ab anno vero 2012 novus Episcopus V., Exc.mus D.nus Z, eidem parrocho interdum proposuit translationem ad aliam paroeciam, sed Rev.dus X ob varia motiva petiit ut translatio ad tempus opportunius differretur, “onde assicurare un avviandamento naturale”.

Die 14 maii 2014, Rev.dus Administrator paroeciae A in pago B vita pie in Domino defunctus est. Litteris diei 6 iunii 2014 Exc.mus Episcopus Rev.do X proposuit, inter alia, translationem ad dictam paroeciam nuper vacantem. In scriptis et in colloquiis parochus sueto modo sese propositae translationi opponebat, iterum petens ut translatio a paroecia W ad tempus opportunius differretur.

Exc.mus Episcopus nihilominus institit, litteris diei 19 augusti 2014 a Rev.do X iterum petens ut paroeciam W relinqueret, “rimettendomi in mano il mandato con le tue

de la Congregación para el Clero y del Excmo. Obispo, y el Rvdm. Sr. Joseph Punderson, Promotor de Justicia designado, en la causa arriba indicada, emitió este decreto definitivo.

#### I. RELACIÓN DEL HECHO

1. En el año 2000, el Excmo. Sr. Y, Obispo de V., a tenor de la norma del c.522 nombró párroco al Rvdo. X, por tiempo indeterminado, de la parroquia catedral W en la ciudad de V. Sin embargo, desde el año 2012 el nuevo Obispo de V., el Excmo. Sr. Z, propuso algunas veces a dicho párroco el traslado a otra parroquia, pero el Rvdo. X pidió por diversos motivos que el traslado se aplazara a un tiempo más oportuno “para asegurar un relevo natural”.

El día 14 de mayo de 2014, el Rvdo. Administrador de la parroquia A en el distrito B murió piadosamente en el Señor. Mediante carta del día 6 de junio de 2014 el Excmo. Obispo propuso al Rvdo. X, entre otras cosas, el traslado a la citada parroquia recientemente vacante. Por escrito y en los coloquios el párroco se oponía como de costumbre al traslado propuesto, pidiendo de nuevo que el traslado de la parroquia W se aplazara a un tiempo más oportuno. No obstante, el Excmo. Obispo insistió, mediante carta del día 19 de agosto de 2014, pidiendo de nuevo al Rvdo. X que abandonara la parroquia W, “devolvién-

dimissioni e di accettare la parrocchia di A". Cum vero Rev.dus Parochus litteris diei 2 septembris 2014 translationem immediatam iterum recusaverit, malens denuo potius tempore opportuniore "un avvicendamento più naturale", Exc. mus Episcopus die 23 septembris 2014 rem perpendebat cum tribus parochis consultoribus, de quibus in cc.1742, §2 et 1750, qui translationem citius efficiendam commendaverunt.

Rev.dus autem X die 2 octobris 2014 in manus Exc.mi Episcopi scriptum tradidit quo declaravit: "prendo atto della esplicita volontà del Vescovo di trasferirmi, e rimetto il mandato ... chiedo al Vescovo un congruo periodo di alcuni mesi per completare l'avvio delle attività pastorali ... e preparare la comunità ad un sereno avvicendamento".

Dicta declaratione vix recepta, Exc. mus Episcopus die 3 octobris 2014 translationem Rev.di X a paroecia W ad paroeciam A decrevit, statuens paroeciam W a die 3 novembris 2014 vacaturam esse.

Ipsa parochus die 6 octobris 2014 notitiam de re dedit consilio pastorali paroeciali et die sequenti nonnullis paroecianis. Tandem de re notitiam in notituario paroeciali die 12 octobris 2014 divulgavit, declarans se non e servitute sed ex oboe-

dome personalmente el mandato con tu renuncia y aceptar la parroquia A". Sin embargo, como el Rvdo. Párroco, mediante carta del día 2 de septiembre de 2014, volvió a rechazar el traslado inmediato, prefiriendo de nuevo mejor "un relevo más natural" en un tiempo más oportuno, el Excmo. Obispo, el día 23 de septiembre de 2014, sopesó el asunto con tres párrocos consultores, a los que se refieren los cc.1742, §2 y 1750, los cuales recomendaron que se realizase el traslado rápidamente.

Pero el Rvdo. X el día 2 de octubre de 2014 entregó en las manos del Excmo. Obispo un escrito en el que declaró: "tomo nota de la voluntad explícita del Obispo de trasladarme, y devuelvo el mandato ... pido al Obispo un período suficiente de algunos meses para completar el inicio de las actividades pastorales ... y preparar a la comunidad para un relevo pacífico". Apenas recibida dicha declaración, el Excmo. Obispo, el día 3 de octubre de 2014, decretó el traslado del Rvdo. X de la parroquia W a la parroquia A, estableciendo que la parroquia W quedaría vacante desde el día 3 de noviembre de 2014.

El párroco, el día 6 de octubre de 2014, dio la noticia de este asunto al consejo de pastoral parroquial y, el día siguiente, a algunos parroquianos. Finalmente, divulgó la noticia de este asunto en el noticiario parroquial el día 12 de octu-

dientia mandatum in manus Episcopi tradidisse, exemplum sequens oboedientiae Beatae Mariae Virginis. Instantia vero diei 13 octobris 2014, Rev.dus X, profitens se nullam habere obiectionem adversus ipsam translationem, eiusdem suspensionem vel revocationem petiit ne ex translatione imminente nonnullae graves difficultates haberentur pro paroecia W et semetipso parrocho, salvo iure adversus decretum recurrendi. Instantia parrochi die 17 octobris 2014 iterata, die 24 octobris 2014, Exc.mus Episcopus, prae oculis habitis etiam necessitatibus paroeciae A, decretum diei 3 octobris 2014 emendavit, confirmans translationem, sed statuens paroeciam W tantum a die 12 Ianuarii 2015 vacaturam esse.

2. Quam adversus decisionem Rev.dus X die 9 novembris 2014 recursum hierarchicum coram Exc.mo Episcopo proposuit, qui instantiam una cum propriis defensionibus die 27 novembris 2014 apud Congregationem pro Clericis deposuit. Re festinanter perpena, Congregatio die 2 decembris 2014 decretum Exc.mi Episcopi, die 3 octobris 2014 latum et die 24 octobris 2014 in parte emendatum, confirma-

bre de 2014, declarando que él había entregado el mandato en manos del Obispo, no por servidumbre sino por obediencia, siguiendo el ejemplo de obediencia de Santa María Virgen. Sin embargo, mediante instancia de 13 de octubre de 2014, el Rvdo. X, declarando que él no tenía ninguna objeción en contra de ese traslado, pidió su suspensión o revocación, para que, a causa del traslado inminente, no surgieran algunas dificultades graves para la parroquia W y para el mismo párroco, quedando a salvo el derecho de recurrir contra el decreto. Habiendo reiterado el párroco la instancia el día 17 de octubre de 2014, el Excmo. Obispo, el día 24 de octubre de 2014, teniendo presente también las necesidades de la parroquia A, enmendó el decreto del día 3 de octubre de 2014, confirmando el traslado, pero estableciendo que la parroquia W quedaría vacante solamente desde el día 12 de enero de 2015.

2. Contra esta decisión, el Rvdo. X, el día 9 de noviembre de 2014, interpuso un recurso jerárquico ante el Excmo. Obispo, el cual depositó la instancia junto con sus propias defensas en la Congregación para el Clero el día 27 de noviembre de 2014. La Congregación, habiendo examinado rápidamente el asunto, el día 2 de diciembre de 2014 confirmó el decreto del Excmo. Obispo dado el día 3 de octubre de

vit. Quam adversus decisionem, Rev. dus X instantia diei 26 ianuarii 2015 provocavit ad H.S.T. In praevia causae instructione, Congregatio pro Clericis ad H.S.T. transmisit non tantum acta sed etiam notitias iuxta quas Rev. dus X die 15 februarii 2015 possessionem paroeciae A cepit.

Re dein rite discussa inter Cl. mos partium Patronos et Rev. mum Promotorem Iustitiae deputatum, H.S.T. in Congressu die 2 octobris 2015 habito statuit: “Recursum contra decretum a Congregatione pro Clericis die 2 decembris 2015 latum non esse admitendum et facto non admitti ad disceptationem coram Em. mis et Exc. mis H.S.T. Iudicibus, quippe qui manifeste quovis caret fundamento.”

Non acquievit autem Rev. dus Recurrens, cuius Cl. mus Patronus instantia diei 12 novembris 2015, motivis suffulta, recurrit ad H.S.T. Collegium. Recursu rite notificato Cl. mae Patronae partis resistentis, quae proprium scriptum exhibuit, Rev. mus Promotor Iustitiae deputatus tandem votum pro rei veritate confecit.

Quibus praehabitis, nunc Nostro Collegio huic dubio respondendum est: An decretum Congressus, die 2 octobris 2015 latum, in casu, reformandum sit.

2014 y enmendado en parte el día 24 de octubre de 2014. Contra esta decisión, el Rvdo. X, mediante instancia de 26 de enero de 2015, recurrió a este Supremo Tribunal. En la instrucción previa de la causa, la Congregación para el Clero transmitió a este Supremo Tribunal no solamente las actas sino también las noticias según las cuales el Rvdo. X tomó posesión de la parroquia A el día 15 de febrero de 2015.

Una vez que el asunto ha sido discutido debidamente entre los Ilmos. Patronos de las partes y el Rvdm. Promotor de Justicia designado, este Supremo Tribunal en el Congreso celebrado el día 2 de octubre de 2015 estableció: “el recurso contra el decreto de la Congregación para el Clero dado el día 2 de diciembre de 2015 no debe ser admitido y de hecho no es admitido para su examen ante los Emmos. y Excmos. Jueces de este Supremo Tribunal, puesto que carece manifiestamente de todo fundamento.” Pero el Rvdo. Recurrente no lo aceptó, y su Ilmo. Patrono, mediante instancia de 12 de noviembre de 2015, provista de argumentos, recurrió al Colegio de este Supremo Tribunal. Habiendo sido notificado debidamente el recurso a la Ilma. Patrona de la parte resistente, la cual presentó su propio escrito, el Rvdm. Promotor de Justicia designado elaboró finalmente el voto en favor de la verdad. Teniendo todas estas cosas, ahora Nuestro Colegio debe responder a

esta duda: Si el decreto del Congreso, dado el día 2 de octubre de 2015, en este caso, debe ser reformado.

## II. IN IURE ET IN FACTO

3. Obiectum recursus coram hoc Supremo Tribunali est asserta illegitimitas decisionis Congregationis pro Clericis diei 2 decembris 2014 (cf. art.34, §1 *Legis propriae*), qua reiecit recursum die 9 novembris 2014 interpositum adversus decretum die 3 octobris 2014 latum et die 24 octobris 2014 in parte emendatum, quo Excmus Episcopus V. Rev.dum X a paroecia W ad paroeciam A transtulit. Recursus diei 12 novembris 2015 ad H.S.T. Collegium revera nullum verum argumentum adduxit quod non iam adductum erat in scripturis Congressui H.S.T. diei 2 octobris 2015 exhibitis. Remittendum ergo est imprimis ad ea quae H.S.T. decrevit in praefato Congressu.

4. Translatio est officii titularis de uno ad aliud officium determinatum ab auctoritate competenti legitime facta mutatio (cf. c.190, §1). Quod si translatio fit consentiente officii

## II. FUNDAMENTOS DE DERECHO Y DE HECHO

3. El objeto del recurso ante este Supremo Tribunal es la alegada ilegitimidad de la decisión de la Congregación para el Clero del día 2 de diciembre de 2014 (cf. art.34, §1 de la *Ley propia*), por la que rechazó el recurso interpuesto el día 9 de noviembre de 2014 contra el decreto dado el día 3 de octubre de 2014 y enmendado en parte el día 24 de octubre de 2014, por el cual el Excmo. Obispo V. trasladó al Rvdo. X de la parroquia W a la parroquia A. El recurso del día 12 de noviembre de 2015 al Colegio de este Supremo Tribunal no adujo realmente ningún verdadero argumento que no hubiera sido aducido ya en los escritos presentados al Congreso de este Supremo Tribunal del día 2 de octubre de 2015. Por tanto, nos hemos de remitir en primer lugar a lo que este Supremo Tribunal decretó en el mencionado Congreso.

4. El traslado es el cambio del titular de un oficio desde uno a otro oficio determinado, realizado legítimamente por la autoridad competente (cf. c.190, §1). Si el traslado se hace con el con-

titulari, sufficit iusta causa, servatis semper cc.50-51 praescriptis. Si vero translatio fit invito officii titulari, gravis requiritur causa et, firmo semper iure rationes contrarias exponendi, servetur modus procedendi iure praescriptus (cf. c.190, §2). Tandem, quaevis translatio, ut effectum sortiat, scripto intimanda est (cf. c.190, §3).

Quae omnia servanda sunt in casu translationis parochi. In translatione inviti parochi a paroecia, quam utiliter regit, ad aliam paroeciam vel aliud officium, a bono animarum vel Ecclesiae necessitate aut utilitate postulata, dicta causa gravis esse debet et Episcopus praescripta cc.1748-1752 adamussim servare tenetur.

Si vero Episcopus censet quendam parochum paroeciam relinquere debere quia ministerium eius noxium vel saltem inefficax evasisset (cf. c.1740), servare debet modum procedendi pro parochi amovendo a cc.1740-1747 praescriptum, etiam si eidem aliud officium assignare intendit (cf. c.1746), nisi res alio modo pacifice solvi potest, uti libera renuntiatione officio (cf. cc.186-189) vel translatione voluntaria. Omnino illegitimum est huiusmodi parochum invitum a paroecia amovere per translationem iuxta cc.1748-1752, praescriptis cc.1740-1747 prorsus neglectis.

sentimiento del titular del oficio, es suficiente una causa justa, observando siempre las prescripciones de los cc.50-51. Pero si el traslado se hace contra la voluntad del titular del oficio, se requiere una causa grave y, quedando siempre en pie el derecho a exponer las razones contrarias, debe observarse el procedimiento establecido por el derecho (cf. c.190, §2). Finalmente, todo traslado, para que produzca efecto, ha de intimarse por escrito (cf. c.190, §3). Todas estas cosas han de observarse en el caso del traslado del párroco. En el traslado de un párroco, contra su voluntad, de una parroquia, que rige con fruto, a otra parroquia o a otro oficio, requerido por el bien de las almas o por la necesidad o la utilidad de la Iglesia, dicha causa debe ser grave y el Obispo está obligado a observar exactamente las prescripciones de los cc.1748-1752. Pero si el Obispo considera que un párroco debe abandonar una parroquia porque su ministerio resulta perjudicial o al menos ineficaz (cf. c.1740), debe observar el modo de proceder para la remoción del párroco, establecido por los cc.1740-1747, también en el caso de que pretenda confiarle otro oficio (cf. c.1746), a no ser que el asunto pudiera resolverse pacíficamente de otro modo, como mediante la renuncia libre al oficio (cf. cc.186-189) o mediante un traslado voluntario. Es totalmente ilegítimo remover de una parroquia a

5. In recursu ad H.S.T. contenditur legem violatam esse in decernendo quia Rev.dus X invitus a paroecia W ad paroeciam A illegitime translatus esset, propter nempe causam amotionis, de qua in c.1740, vel saltem quia deesset causa gravis pro translatione inviti parochi, de qua in c.190, §2.

Non obstantibus argumentis a Rev.do X eiusque Cl.mo Patrono expositis, Congressus H.S.T. censuit ex actis constare de translatione voluntaria, scilicet ab Exc.mo Episcopo proposita et tandem a Rev.do Parocho accepta. Quam ob rem, necesse non erat modum procedendi in parochia amovendo vel transferendo praescriptum adamussim servare, nec requirebatur gravis causa, de qua in c.190, §2. Proinde Congressus statuit deficere omne fundamentum pro asserta violatione legis in decernendo, vel ob veram amotionem per translationem factam vel ob translationem coactam sine gravi causa effectam.

6. In recursu ad hoc Collegium, Cl.mus Rev.di Recurrentis Patronus iu-

un párroco contra su voluntad a través de un traslado según los cc.1748-1752, desatendiendo completamente las prescripciones de los cc.1740-1747.

5. En el recurso ante este Supremo Tribunal se sostiene que la ley ha sido violada en la decisión porque el Rvdo. X ha sido trasladado ilegítimamente contra su voluntad de la parroquia W a la parroquia A, es decir, por una causa de remoción de las que trata el c.1740 o, al menos, porque falta una causa grave para el traslado de un párroco contra su voluntad, a la que se refiere el c.190, §2. A pesar de los argumentos expuestos por el Rvdo. X y por su Ilmo. Patrono, el Congreso de este Supremo Tribunal consideró que de las actas constaba un traslado voluntario, es decir, propuesto por el Excmo. Obispo y finalmente aceptado por el Rvdo. Párroco. Por este motivo, no era necesario observar exactamente el procedimiento establecido para la remoción o el traslado del párroco, ni se requería una causa grave, a la que se refiere el c.190, §2. Por ello, el Congreso estableció que faltaba todo fundamento para la alegada violación de ley en la decisión, ya que no se trataba de una verdadera remoción realizada mediante un traslado, ni de un traslado forzado realizado sin una causa grave.

6. En el recurso a este Colegio, el Ilmo. Patrono del Rvdo. Recurrente impug-



dicium Congressus impugnat, argumenta contraria prius exposita et a Congressu reiecta fusius et abundantius iterans. Etenim rursus contenditur Rev.dum X praedicto scripto diei 2 octobris 2014 tantum ad voluntatem proprii Ordinarii accessisse, recusantem vero accedere ad translationem quam idem Ordinarius voluit. Pari modo denuo arguitur Rev.dum Parochum eandem mentem paroecianis pandisse in notituario paroeciali diei 12 octobris 2014. Ex actis vero et ipsis verbis Rev.di X, scriptum suum diei 2 octobris 2014 apparet potius responsum affirmativum ad instantiam Exc.mi Episcopi diei 19 augusti 2014, qua parochus flagitatus erat ut propositam translationem acciperet. Eodem modo intellegenda est declaratio Rev.di Parochi in notituario paroeciali diei 12 octobris 2014 facta, qua palam fidelibus declaravit se, “preso atto della esplicita volontà del Vescovo di trasferirmi”, responsum positivum dedisse: “ho rimesso nelle sue mani il mio mandato” – et sincere quidem: “Senza alcuna rassegnazione allora, pronuncio anch’io il mio FIAT mihi secundum verbum tuum”. Congressus H.S.T. recte statuit interpretationem a Rev.do X eiusque Cl.mo Patrono praedictis scriptis post factum datam nec ipsis verbis parochi nec actis causae sustineri posse.

na el juicio del Congreso, reiterando de manera más prolija y profusa los argumentos contrarios que ya había expuesto antes y que habían sido rechazados por el Congreso. Y, en efecto, el Rvdo. X sostiene otra vez que en el mencionado escrito del día 2 de octubre de 2014 solamente accedió a la voluntad del Ordinario propio, pero rechazando acceder al traslado que el Ordinario quería. Del mismo modo se afirma de nuevo que el Rvdo. Párroco manifestó esta misma intención a los parroquianos en el noticiario parroquial del día 12 de octubre de 2014. Pero en las actas y en las mismas palabras del Rvdo. X, su escrito del día 2 de octubre de 2014 aparece más bien como una respuesta afirmativa a la petición del Excmo. Obispo del día 19 de agosto de 2014, por la que el párroco había sido apremiado para que aceptara el traslado propuesto. Del mismo modo se ha de entender la declaración del Rvdo. Párroco realizada en el noticiario parroquial del día 12 de octubre de 2014, en la que declaró abiertamente a los fieles que él “tomando nota de la voluntad explícita del Obispo de trasladarme”, había dado una respuesta afirmativa: “he vuelto a poner en sus manos mi mandato” – y sin duda sinceramente: “Sin resignación alguna entonces, pronuncio también yo mi HÁGASE en mí según tu palabra”. El Congreso de este Supremo Tribunal estableció rectamente que la

Proinde, cum constet de translatione voluntaria, constat etiam de defectu fundamenti pro asserta violatione legis in decernendo.

7. In recursu adversus decretum Congregationis pro Clericis, violatio legis in procedendo proposita est, quia, contra normam c.51, in decreto translationis diei 3 octobris 2014 nullum expressum fuerit motivum specificum pro decisione. Sed Congressus H.S.T. accusationem fundamento destitutam censuit, quia obiectum recursus coram H.S.T. non est ipsum decretum Exc.mi Episcopi diei 3 octobris 2014 sed potius decretum Congregationis pro Clericis diei 2 decembris 2014, quo confirmata est translatio parochi. Etenim ad normam c.1739 superior hierarchicus qui de recursu videt lata discretione gaudet: "Superiori, qui de recursu videt, licet, prout casus ferat, non solum decretum confirmare vel irritum declarare, sed etiam rescindere, revocare, vel si id Superiori magis expedire videatur, emendare, subrogare, ei obrogare". Haud raro accidit ut Dicasterium Romanae Curiae, quod de recursu adversus actum

interpretación dada por el Rvdo. X y por su Ilmo. Patrono a los mencionados escritos después del hecho no puede sostenerse ni por las palabras mismas del párroco ni por las actas de la causa. Así pues, como consta el traslado voluntario, consta también el defecto de fundamento de la alegada violación de ley en la decisión.

7. En el recurso contra el decreto de la Congregación para el Clero se propuso la violación de la ley en el procedimiento, porque, contra la norma del c.51, en el decreto de traslado del día 3 de octubre de 2014 no se había expresado un motivo específico para la decisión. Pero el Congreso de este Supremo Tribunal consideró que la acusación estaba desprovista de fundamento, porque el objeto del recurso ante este Supremo Tribunal no es el decreto del Excmo. Obispo del día 3 de octubre de 2014 sino el decreto de la Congregación para el Clero del día 2 de diciembre de 2014, por el que fue confirmado el traslado del párroco. Y, en efecto, según la norma del c.1739 el superior jerárquico que examina el recurso goza de una amplia discreción: "Según lo requiera el caso, el Superior que resuelve el recurso puede no sólo confirmar o declarar nulo el decreto, sino también rescindirlo o revocarlo o, si lo juzga más conveniente, corregirlo, sustituirlo por otro o abrogarlo". No

administrativum singularem videt, attentis actis et argumentis partium, in propria decisione melius explicet motiva actus administrativi singularis impugnati quae iusta censet et ob quae actum confirmat. Et ita fecit Congregatio pro Clericis in decreto impugnato, quod, attento etiam decreto Exc.mi Episcopi diei 24 octobris 2014, iustam causam translationis invenit praesertim in necessitatibus paroeciae ad quam, quae proprio parrocho ab anno 2010 carebat. In recursu ad hoc Collegium nullum datur motivum validum pro decreto Congressus hac in re reformando.

8. In recursu ad Collegium, Cl.mus Rev.di Recurrentis Patronus etiam egit de asserta violatione c.50 legis ex parte Exc.mi Episcopi V, “propter defectus notitiae ac probationis una cum carentia auditionis eorum quorum iura laedi poterant vgr. fideles paroeciae W”. At citata lex non requirit auditionem fidelium paroeciae, a qua, vel notitias ab eis data.

raramente sucede que un Dicasterio de la Curia Romana, que examina un recurso contra un acto administrativo singular, atendiendo a las actas y a los argumentos de las partes, explique mejor en la propia decisión los motivos del acto administrativo singular impugnado, que considera justos, y por ello confirma el acto. Y esto hizo la Congregación para el Clero en el decreto impugnado, el cual, habiendo considerado también el decreto del Excmo. Obispo del día 24 de octubre de 2014, encontró una causa justa para el traslado sobre todo en las necesidades de la parroquia *ad quam*, que carecía de párroco propio desde el año 2010. En el recurso a este Colegio no se da ningún motivo válido para reformar el decreto del Congreso en este asunto.

8. En el recurso al Colegio, el Ilmo. Patrono del Rvdo. Recurrente también trató sobre la alegada violación de la ley del c.50 por parte del Excmo. Obispo V., “por falta de información y de prueba, además de por no haber oído a aquellos cuyos derechos podrían resultar lesionados, por ejemplo, los fieles de la parroquia W”. Pero la ley citada no requiere oír a los fieles de la parroquia *a qua*, ni informaciones proporcionadas por ellos.

## III. CONCLUSIO

9. Omnibus in iure et in facto aequarimatis, infrascripti Patres pro Tribunali sedentes ac solum Deum prae oculis habentes, dubio proposito respondendum esse decreverunt atque respondent:

Negative, seu decretum Congressus, die 2 octobris 2015 latum, in casu, reformandum non esse.

Pro expensis processualibus cautio in arca H.S.T. deposita retineatur. Recurrens suo Cl.mo Advocato-Procuratori atque Auctoritas ecclesiastica suae Cl.mae Patronae congruum solvant honorarium.

Hoc definitivum decretum cum omnibus quorum interest communicandum et executioni mandandum decernimus, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die XVI ianuarii MMXVI.

Dominicus Card. MAMBERTI, *Praefectus*  
Ludovicus Card. MARTÍNEZ SISTACH  
Iosephus Card. VERSALDI  
+ Philippus IANNONE, O.Carm., *Ponens*  
+ Antonius STANKIEWICZ

## III. CONCLUSIÓN

9. Examinadas equitativamente todas las cosas en derecho y de hecho, los infrascritos Padres, actuando como Tribunal y teniendo ante los ojos solamente a Dios, decidieron que a la duda propuesta ha de responderse y responden:

Negativamente, o sea, que el decreto del Congreso, dado el día 2 de octubre de 2015, en este caso, no debe ser reformado.

Para las costas procesales reténgase la caución depositada en las arcas de este Supremo Tribunal. El Recurrente pague el honorario correspondiente a su Ilmo. Abogado-Procurador y asimismo la Autoridad eclesiástica a su Ilma. Patrona.

Establecemos que este decreto definitivo sea comunicado a todos los interesados y enviado a ejecución, a todos los efectos jurídicos.

Dado en Roma, en la sede del Supremo Tribunal de la Signatura Apostólica, el día 16 de enero de 2016.

Dominique Card. MAMBERTI, *Prefecto*  
Luis Card. MARTÍNEZ SISTACH  
Giuseppe Card. VERSALDI  
+ Filippo IANNONE, O.Carm., *Ponente*  
+ Antoni STANKIEWICZ

Et notificetur.

Y notifíquese.

Die 16 februarii 2016

En el día 16 de febrero de 2016

+ Franciscus DANEELS, o.praem.

*Secretarius*

Iosephus Ferdinandus MEJÍA YÁÑEZ, m.g.

*Praepositus Cancellariae*

+ Frans DANEELS, O. praem.,

*Secretario*

José Fernando MEJÍA YÁÑEZ, m.g.

*Jefe de Cancillería*

